tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo: Prosequitur quidem Damnis Terrestribus, simpliciter absq corporali Iuramento taxandis, et edicen ac realiquaz principali ex contentis scripti praefati non completa complenda Cetaly existens memoratus Recognoscens Infidelis Iunas Morchowicz Iraklowicz cum suis posteris ad Instantiam suprascripti Prosi Samuelis Stanislai Krainski siue illius Successorum ad Iudicium Castrale Aduocatiale seu Viceaduocatiale vel etiam Consulare Ciuitatis praen: Premysliensis, ad quod prius ex ipsis citabitur, exhinc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, uni parti, respondere, Damna praedicta Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, ad munimenta ad cuitorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Ciuitatis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, praemissaq oratoriis simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, factalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conuentioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Haec sic praesenti personali Regni ad praefata mediante.

Iidem Sibi mutuo Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Prosus Stanislaus Samuel Krainski ab vna et Infidelis Iunas Moszkowicz Iraklowicz parte ab altera, tani

ment bus

mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus, Juribus
Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et congerentibus recedendo.
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quoad
actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet
illorum suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et
invicem una Pars alteri, ac posteris utriusq partis, se ac suos Suc-
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq quibus-
uis pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem
Contractum certum inter se Recognoscentes ratione certarum rerum
et Conditionum in eodem contentarum, de actu et data illius hic
Praemysliae die hodierna in actu contenta confectum et Consignatum
manibus Reorum proprijs ab utrinq subscriptum, in omnibus
et singulis eiusdem Contractus Conditionibus, punctis, clausulis, ar-
ticulis, vadijs, ac ligamentis firmiter tenere complere exequi ac
inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eiusdem Contractus
contentis, tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties
opus fuerit satisfacere, Contractum praefatum ad Inscriptionem
praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam
ad praedictum Contractum vicissim in toto referendo. Idq sub Va-
dio Summae Mille Ducentorum Florenorum polonicalium, per partem
parti cum Successoribus utriusq partis ob non Completionem Conten-
torum Contractus praefati omnium et Singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum succum-
bendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad Solvendum
succubito, ac re aliqua principali ex contentis Contractus praefati
non Completa Complenda Stata existens memorata Recognoscens
pars una praemissa non tenens cum suis posteris, ad instantiam

partis

partis alterius praemissa tenentis et complentis sive illius Successionem ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante tenper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque suos successores ad eadem omnia insimbit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate, successorum, legatione intra vel extra Regnum serviciis militari, ad munimenta ad Curiae rem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Vtra quamvis Officij praefati Castren. Capitan. Praemysliens. Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes, ac etiam exemptiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terresti, bello, contraventione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquovis eiadem statibus suis praesentibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Perlecka Perleckim Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemysliens. Nobilis Catherina Nobilis Georgij Perlecki Zachnowicz filia Nobilis vero Ioannis Perlecki Symkowicz Consors legitima cum eiusdem Mariti sui Viri Futuri Coniugalis personali assistentia et Utrodneo, ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propijs et competent. recedendo, praesenti vero Castren. Capitan.

Praemysliens.